UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyanthea, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

Sepultura

urn:nbn:de:hbz:466:1-97211

Visual Library

Sententia eſt non de ſingularibus, ſed de vniuerſalibus enunciatio: nec de omnibus vniuerſalibus, ſed de quibuſcunq; operationes ſunt, quæ ad agendum eligenda vel fugienda ſunt. *ſecund. Ariſt. lib. 2. Rhetor*

Sententia eſt æqui & boni viri iudicium rectum. *Ariſt. 6. Ethic. cap. 11.*

¶ Sententiae Philosophicae.

Sententia, perſpicacia, prudentia, & intellectus, ad eoſdem referentes dicimus: habitus enim omnes ſunt ad idem tendentes: omnes enim hæ facultates vltimorum ſunt, & particularium. *ibid.*

Sententia eſt pronunciatum non de ſingularibus, ſed de vniuerſalibus: nec de vniuerſalibus omnibus, ſed de his, quorum actiones ſunt, eaq; perſequimur, aut fugimus ad agendum. *Rhet. 2.*

Sententiarum genera quatuor ſunt: aut cum ſubiectione rationis, aut ſine ſubiectione rationis: quæcunq; quidem confirmationem deſiderant, ſunt, quæ incredibile, aut controuerſum aliquid continent, quæ nihil incredibile, ſine ſubiectione rationis. Et harum aliæ, quia ante cognitæ ſunt, nihil rationis indigent, aliæ ſimul atque inferuntur, innoteſcunt: at quæ rationem ſubiectum habent, aliæ partes enthymematis ſunt: aliæ enthymematicæ quidem, ſed non pars enthymematis. quæ in primis quoq; probantur: hæ vero ſunt, in quibus cauſa rei, quæ dicitur, extat. *Ariſt. Rhet. 2.*

Sententiæ de incredibilibus aut controuerſis non ſine ſubiectione rationis ponendæ ſunt: ſed aut proponenda ratione ſententiam pro concluſione adhibere oportet, aut hæc propoſita priora ſubiicere, & etiam obſcura, vt Laconica ſubiicienda. *ibid.*

Sententias de iis rebus, quarum eſt peritus, grandiori natu dicere conuenit. *Ariſt. Rhet. 2.*

Sententias & fabulas & adoleſcentes proferant, indecorum eſt. *idem ibid.*

Sententias de re vniuerſa, in vniuerſum dicere, in conqueſtione atque indignatione maxime conuenit, & in his, aut cum exordiris, aut poſtquam demonſtraueris, *ibid.*

Sententiæ peruulgatæ & communes ſi ſunt vtiles, vſurpandæ ſunt: & aduerſus ea, quæ in ore vulgi ſunt, ſententiæ proferendæ. *ibid.*

Sententiæ magnum ad dicendum auxilium auferunt: vnum quidem propter vanitatem eorum, quam audiunt: quia lætantur, ſi quis in vniuerſum loquens, in opiniones, quas ipſi in parte habent, inciderit. *Ariſt. Rhet. 2.*

Sententiæ morales reddunt orationes, *ibid.*

Sententiis vti debemus, & in narratione, & in fine. *idem Rhet. 3.*

Sententia eſt aduerſus res omnes opinionis propriæ declaratio. *Ariſt. Rhet. ad Alex. c. 11.*

Sententiarum duo ſunt genera: alterum credibile, alterum incredibile, cum credibile dixeris, nullæ reddendæ ſunt cauſæ, cum credibile dixeris, cauſæ paucis dicendæ ſunt, vt & dicacitatem & incredulitatem fugias. *ibid.*

Sententiæ eæ ſemper ſunt afferendæ, quæ in rebus præſentibus quam conſentaneæ, ne, quod dicitur, inconcinnum & violentum appareat. Et eas multas faciemus, aut ex propria natura, aut ex ſuperlatione, aut ex ſimilitudine. *ibid.*

Sententiæ à commendationibus differunt, quia eæ ſolum ex contrariis conſtant: ſententias vero, & de repugnantiis, & ſimpliciter ipſas ſecundum ſe oſtendere poſſumus. *Ariſt. Rhet ad Alex. cap. 15.*

Sententia in his verſatur, quæ quomodo aliquis eſt, vel non eſt, oſtendunt, vel vniuerſe enuntiant. *idem de poet. c. 4.*

Sententias debet oſtendere, ſoluere, perturbationes præparare; & exaggerare & diminuere. *ibid. c. 19.*

Sententia Ariſtotelis eſt minoris dubitationis omnium ſententiarum, & magis conueniens, vt ſit vera *Auerr. in 12. met. tex. co. 18.*

Sententia eſt rationis decretum, quod ſecundum emergentes caſus pro tempore & loco tunc eſt vltimum. *Albert. Magn. Ethic. 5. tract. 4. c. 1.*

¶ Adagia.

Palinodiam canere. Παλινῳδεῖν. *Plato.*

Eſt diuerſum ab his quæ prius dixeris, dicere, atq; in contrarium vertere ſententiam. Sich ſelbſt auff das Maul kloppfen. Wider hinein liegen/ was er zuuor herauß gelogen hatte.

Calculum reducere,

Eſt mutare factum, cuius te pæniteat, aut vertere conſilium rei non ſatis commode inſtitutæ. Cicero.

Vertere tela. Funem reducere.

Eſt in diuerſum mutare ſententiam. Perſius.

Quæ dederam ſupra, repeto, funemq; reduco.

Horatius:

Nunc retrorſum
Vela dare, atq; iterare curſus cogor relictos.

Conſilium in melius commutandum.

Si quando iubebimus mutare conſilium, vtpote fædum ac ſtultum, aut reprehendemus quippiam, vt inconſulte factum, vſui fuerit illud Homeri:

Τίς τοίνυ θεῶν τοι κερδίαν βουλὴν
Ἐν ςήθεσσιν ἔθηκε καὶ ἐξέλετο φρένας ἐσθλάς.
Quis tibi conſilium ſubmiſit inutile tandem
Diuorum, ſanamq; exemit pectore mentem?

Imitabor Nepam.

Imitari Nepam dicitur, qui retrocedit.

Reprehenſio cogitationis,

Quum ipſi reprehendimus animi noſtri conſilium, aut ... nem parum honeſtam, aut parum vtilem, locus erit huic ... verſiculo:

Ἀλλά τίη μοι ταῦτα φίλος διελέξατο θυμός;
Sed mihi cur animus ſecum hæc in pectore verſat?

Talum reponere. τὸ πτέρνον ἀναθέσθαι.

Dicebantur, qui quod parum ex ſententia euenerat, ... aiunt, poſterioribus corrigebant.

Vide, Philoſophia, & Scientia.

Sepultura.

¶ DEFINITIO ET ETYMOLOG.

SEpultura, Græc. τάφος, ὁ, & θάπτω, ſepelio dicitur. He... *Shurah* ſepultura, *Keber*, & *Kibbrah* ſepulchrum, a ... *bar*, ſepeliit, occultauit ſub terra abſcondit. Cognat... bet cum *Rakabh*, putruit: nam in ſepulchro eſt putrefactio ... rum: item cum *Caphar*, forauit: quia in foramine terræ ... mortui hominis occultatur. Eſt autem ſepultura locus ... loco eccleſiaſtico, ve cœmiterio factus, in quo corpus ... quieſcit. Vel ſepulchrum eſt locus concauus, in quo oſſa ... rum conduntur.

Sepultura inuenta eſt, ne horror & fœtor fit viuis, & ... reſurrectionis futuræ. *ex B. Ph. 4 ſent. diſt. 15. q. 2. art. 3.*

Sepultus non dicitur, quaſi ſine pulſu, vt quidam volunt, ... peliendo. Sepelio vero a ſepiendo, quia cadauer terra vel ... alio genere materiæ circumſepitur, ſepultura modo ipſum ... chrum ſignificat, modo actum ipſum ſepeliendi.

¶ Biblici Loci.

Sepelire mortuos opus miſericordiæ, *Geneſ.* 23.19 & 25.9 & ... 19.29 & 50. v. 5. 13. 25 *Num.* 20.1 *Deut.* 10.6 & 21.23 *Ioſ.* 24... 7.1 *Sam.* 25.1 & 31.13. 2 *Sam.* 2.32 & 3.32. 1 *Reg.* 2. v. 10... 13.26 & 14.31. 2 *Reg.* 13,2... 2 *Par.* 15,14 & 24 16 & 35.24... *Tob.* 1.20 & 2. v. 3.7 & 4 v 3.18 & 8.14 & 12.12 & 14 v. 13.16 ... & 38.16 *Matth.* 14.12 & 27.58 *Ioan.* 19.39 *Act.* 13.26. 1 *Cor.* ...

Sepulchra concupiſcentiæ, *Num.* 11.34. ſepulchrum Moyſi ... ratur, *Deut.* 34. 6. ſepulchra dealbata, *Matth.* 23.27. ſepulchrum Chriſti, 27.57. in ſepulchra Prophetarum extruentes, 23...

¶ Sententiæ Patrum.

Nec aliquid nocet fidelibus, negata eorum corporibus ſepultura, nec ſi exhibeatur, aliquid infidelibus prodeſt, *Auguſt. de ... agenda pro mortuis.*

Quibus peccata dimiſſa non ſunt, à ſacris locis poſt mortem ... iuuari non poſſunt: quia quos peccata grauiora deprimunt, ... cris locis ſe ſepeliri faciunt, reſtat, vt de ſua præſumptione ... tur: quia eos ſacra loca non liberant, ſed de culpa temeritatis ... cuſant. *Auguſt. de ciuit. Dei, cap. 12. lib. 1. & haq. 13. q. 2. can. Qui peccata.*

Maſſagetæ & Derbices miſerrimos putant, qui ægrotantes ... riantur, & parentes, cognatos, propinquos, cum ad ſenectutem ... nerint, iugulatos deuorant: rectius eſſe dicentes, vt à ſe potius ... à vermibus comedantur. Tibareni, quos dilexerint ſenes, ... dunt in patibulis. Hircani volucribus & canibus ſemiuiuos pro... ciunt. Caſpii beſtiis mortuos proiiciunt. Scythæ eos, qui à de... ctis amati ſunt, viuos infodiunt cum oſſibus mortuorum. Bact... ni canibus ad hoc ipſum nutritis obiiciunt ſenes, Quod cum A... andri præfectus Nicanor emendare voluiſſet, pene amiſit pro... ciam. *Hier. contra Iouinianum. c. 36.*

Vbicunque ſepeliamur, Domini eſt terra & plenitudo ... dum quod oportet fieri, efficiatur. Lugere autem & deplorare ... lamentari eos, qui ab hac vita decedunt, ex puſillanimitate ... tingit: hoc autem ex deſperatione futuræ reſurrectionis ... *Ioan. Chryſoſtomi.*

¶ Poeticæ Sententiæ.

Lucan lib. 7. Pharſal. in fin.

Libera fortunæ mors eſt, capit omnia tellus
Quæ genuit: cælo tegitur, qui non habet vrnam.

Agricius in Aurora.

Væ tibi ceſſator demens: vecordia mentem
Franget, & incultum fœda ſepulchra prement.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

¶ Sententiae Philosophicae.

mihi quidem antiquiſſimum ſepulturæ genus id fuiſſe vide- quod apud Xenophontem Cyrus vtitur. Redditur enim terræ & ita locatum ac ſitum, quaſi operimento matris obduci- ſolemque ritu in eo ſepulchro, quo procul ad fontis aras re- noſtrum Numam conditum accepimus, gentemque Corne- vſque ad memoriam noſtram hac ſepultura ſcimus eſſe vſam.

hoſtes quidem ſepulturam inuident. *Tacit. Ann. l.* 1.

illuſtrium virorum ſepulchrum omnis terra eſt, & monumentũ non tantum inſcriptio in tumulo, ſed etiam non ſcripta memo- quæ in mentibus non in tumulis commoratur. *Thucyd. l.* 2.

hominem mortuum, inquit lex in 12. tabulis, in vrbe ne ſepeli- neve vrito. *Cic. l. 2. de legib.*

ad qui ſingulorum opiniones animaduertam, nationum varios perſpicere cum liceat. Condiunt Ægyptii mortuos, & eos ſeruant. Perſæ etiam certe circumlitos condiunt, vt quam permaneant diuturna corpora. Magorum mos eſt, non corpora ſuorum, niſi à feris ſint antea laniata. In Hyrcania publicos alit canes, optimates, domeſticos. Nobile autem ge- canum ſcimus eſſe: ſed pro ſua quiſque facultate parat, à laniētur: eamque illi optimam eſſe cenſent ſepulturam. *Cic. Tuſc. l.* 1.

ſepultura erit, vbicunque pro filio Dei occubuerimus. *in Man. Comm. l.* 1.

¶ Apophthegmata.

cicutam bibiturus, à quibuſdam interrogatus, quomo- vellet? Eo modo dixit, quo vobis facillimum fuerit. *Stob.*

Athenienſes ridens, qui de ſepulchris maiorum & ducum glóriarentur, dicebat: Duces & pleroſque maiores, de qui- bebant, extra fines ſuos ſepultos eſſe, probra vero popu- pub. in publicis ſepulchris. *Teles de exilio, apud Stobæum*

proiici ſe humatum iuſſit. Tum amici: Volucribus ne Minime vero, inquit, ſed bacillum prope me, quo abigam, Qui poteris? Illi aiunt: non enim ſenties. Quid igitur ait, laniatus oberit, nihil ſentienti? *Laert. Cic. lib.* 1.

rogatus à Xeniade, quomodo ſepeliri vellet? In faciem, in- cunctanti cauſam. Quoniam, inquit, paulo poſt futurum inferiora fiant ſuperiora: hac alludens, quod id temporis Ma- rum potirentur, atque ex humilibus fierent excelſi: quod mutarentur omnia, fore vt cadauer etiam ex prono fieret ſu- Fortaſſis illud ſenſit, nihil referre, quo ſtatu corpus exani- tur: qua in re magna erat vulgi ſuperſtitio, porrectis enim pedibus efferebantur: ſtantes cremabantur: & hodie audio, ſepeliuntur Iudæi, certe ſupini ſepeliuntur omnes *Eraſ. Diogenis dictum extat apud Laert. lib. 6. & Bruſ.*

dicebat, ſi canes cadauer ſuum lacerarent, Hircanam ſepul- fore: ſin vultures, Iberam. At ſi nullum animal accederet, tempus pulcherrimam ſibi fore ſepulturam, corpore pretio- rebus, ſole, inquam, & imbribus, abſumpto. *Stob. ſerm.* 120. interrogatus, nam ſeruum ancillamve haberet? negauit. percontator adieciſſet: Quis igitur te efferet, ſi moriaris? domo, inquit, erit opus. Multi ſuperſtitioſe ſoliciti ſunt, quo- & per quos efferantur. Hac cura prorſus vacabat Diogenes, dubitans, quin futurus eſſet aliquis, qui cadauer eiiceret, vel quod domum faceret vacuam. Quanquam illi contigit ho- ſepultura. *Laert. l.* 6.

Anaxagoras, cum Lampſaci moreretur, quærentibus amicis, Clazomenas in patriam afferri ibidemque ſepeliri? Non eſt, inquit: Vndique enim ad ſepulchrum tantundem viæ *Cic. in Tuſc. l.* 1. *Laert. l.* 2. *c.* 3.

Anonymus. Quodam exuli Athenienſi cuidam exprobrante, ac In patria ſepulchro quidem dignaberis, ſed inſtar impio- Athenienſium in Megarica. Imo (inquit) quemadmodum Megarienſium in Megarica, *Teles de exilio apud Stobæum ſerm.*

Euripides dicebat, mentes hominum inſanire, cum ſumptus in- pro mortuis profundunt. *Stob. ſerm.* 122.

Lycurgus. Lycurgus ſepulchrorum vniuerſam ſuperſtitionem permittens, vt non ſolum intra ciuitatem humarentur ca- verum etiam vt monumenta templis vicina haberentur. mouit & funebres expiationes: nec conceſſit, vt quicquam vna cadauere ſepeliretur (nam aliæ nationes, ſi quid fuiſſet viuo mum, id mortuo addebant in ſepulchro, damnoſa ſimul ac ſuperſtitione: quaſi mortui ſentiant aliquid) ſed in puni- amictu, & oleæ foliis ex æquo poſito omnes ſepeliri iuſſit. Ve- titulos & inſcriptiones addi monumentis, præterquam quin bello cecidiſſent. Suſtulit autem & luctus & fune- quas reliquorum hominum vulgus incredibili ſum- apparatu, etiam per conductos ploratores celebrare conſue- uit, magna ſpecie dementiæ, quaſi manium ſit vllus ſenſus: aut ſi quid ſentiunt, iiſdem rebus delectantur, quas in vita non iudicio, ſed animi vitio dilexerunt. *Eraſ. ex Plut. in Lacon.*

Socrates. Eo die, quo Socrates bibiturus erat venenum, Apollodorus ei pallium multi pretii ad ſolatium obtulit, vt eo indutus moreretur. At ille recuſans donum: Quid, inquit, hoc meum pallium, quod viuenti conuenit, mortuo non conueniet? Damnans quorundam ambitionem, hoc miro ſtudio prouidentium, vt quam honorificentiſſime efferantur ac ſepeliantur. *Eraſ. l. 3. apoph.*

Cyrus. De ſepultura ſua eum ita ſtatuiſſe ferunt: Meum corpus, ô chariſſimi filii, cum moriar, neque in auro condite, neque in argento, neque in alia re prorſus vlla: ſed illud terræ reddite quam primum. Quid enim hac re beatius, quam terræ miſceri, quæ pulchra & bona omnia gignit atque nutrit? *Xenophon. de Cyri pædia, lib.* 8.

Semiramis, Conſtructo ſibi monumento, inſcripſit: Quicunq; rex pecuniis indiguerit, aperto ſepulchro, quantum opus eſt, capiat. Darius autem cum aperuiſſet, pecunias quidem non inuenit, ſed in huiuſmodi ſcripta incipit. Niſi vir malus eſſes, & pecuniarum inexplebili deſiderio flagrares, haud ſane loculos mortuorum commouiſſes. *Plut.*

Demonactem morientem amici rogabant, quomodo vellet ſepeliri: Ne quid, inquit, iſta res vos habeat ſollicitos: fœtor me ſepeliet. Et dicentibus: Indignum facinus, ſi talis viri corpus laceraretur à canibus: Quid inquit, incommodi, ſi & mortuus alicui ſim vſui: *Eraſ. l. 8. apoph.*

Olympias. Alexandri mater Olympias, quum audiuiſſet, filii cadauer inſepultum fuiſſe abiectum, inter lamenta dixit hoc quoque: O fili: qui ſtudebas cœli particeps eſſe, huc toto impetu properans, ne iis quidem potiri valuiſti, quæ ſunt mortalium omnium communia, terra ac ſepultura. Alexander viuus ambiebat diuinos honores: defuncto nec vltimus ille contigit honos, quem quiuis homo perſoluit homini, quamlibet humili. Narrant enim Q. Curtius, & Plutarchus, Alexandri corpus multis diebus inſepultum iacuiſſe, ob graues procerum concertationes de ſucceſſione principatus. Fuit & alter Alexander Epiri rex, Olympiadis frater, huius corpus amne in hoſtium caſtra deuectum eſt, itaque ab his fœde laceratum. Vnius tamen mulieris opera ſepultum eſt, licet mutilum. *Refert. Tit. Liuius Decad. 1. l.* 8.

Neronem Imp. in fuga, quum Phaon libertus hortaretur, vt in ſpecum egeſta arena conderetur: negauit ſe viuum ſub terram iturum. *Sueton. in Vita Neronis.*

Ziſca Huſſitarum dux & Imperator fortiſſimus, iam moriturus, cum à militibus interrogaretur, quomodo ſepeliri cuperet poſt mortem? Pellem, inquit, mortuo mihi detrahite, relictoque feris cadauere, ex cute tympanum facite, quo in præliis vtamini. Et ſic, vt hoſtes noſtri viuentis aſpectum non ferebant, ita mortui ſonum, fugam adornantes, audire nequibunt. *Æn. Sylu. lib. 3. comment. de reb. geſt. Alphonſ. regis.*

¶ Biblica Exempla.

Sepultorum honorifice, *exempla*: Sara, *Geneſ.* 23 *v.* 4. 15. Abraham, 25. *v.* 8. Debora nutrix Rebeccæ, 35. ꝟ. 8. Rachel, *v.* 16. & 48. ꝟ. 7. Iacob, 48 ꝟ. 26. & *c.* 50. ꝟ. 5. &c. Ioſeph, ꝟ. 24. 25. 26. *Exod.* 13. 19. Ioſue, 24. 32. Rebecca, Lia, *Gen.* 49. ꝟ. 30. 31. Maria, *Num.* 21. Aaron, *v.* 28. *Deut.* 10. 6. Moyſes, 34. *v.* 5. 6. Eleazar, *Ioſ.* 24. 33. Ioſuah, 24. ꝟ. 29. 30. *Iudic.* 2. ꝟ. 8. 9. Gedeon, 8. *v.* 32. Thola, 10. *v.* 1. 2. Iair, ꝟ. 5. Iephthe, 12. *v.* 7. Abeſan, ꝟ. 10. Aialon, ꝟ. 11. Abdon, *v.* 15. Samſon, 16. *v.* 31. Samuel, 1. *Sam* 25. ꝟ 1. & 28. 3. Saul & Ionathas, 31. 12. 2. *Sam.* 2. 5. & 21. ꝟ. 12. Aſael, 2. *Sam.* 2. ꝟ. 31. 32. Abner, 3. 31. Isboſeth, 4. 12. Achitophel, 17. *v.* 23. Saul, Ionathas, & ſeptem filii eius, 21. 12. Dauid, 2. *Reg.* 2. 10. Iacob, ꝟ. 34. Salomon, 11. ꝟ. 43. Propheta verbo Dei inobediens, 13. ꝟ. 29. 30. Filius Ieroboam, 14. ꝟ. 17. 18. Roboam, ꝟ. 31. Abia, 15. 8. Aſa, ꝟ. 24. 2. *Paralip.* 16. *v.* 13. 14. 3. *Eſdr.* 1. ꝟ. 30. 31. Baaſa, 1. *Reg.* 16. 6. Amri, *v.* 28. Achab, 22. 38. Ioſaphat, *v.* 51. Ioram, 2. *Reg.* 8. 24. Ochoſias, 9. 28. Iehu, 10. 34. Ioas, 12. 21. & 14. 16. Ioachas, 13. 8. Eliſæus, *v.* 14. Amaſias, 14. *v.* 19. 20. Azarias, 15. ꝟ. 7. Ionatham, *v.* 38. Achas, 16. ꝟ. 20. 2. *Paral.* 28. *v.* 27. Manaſſes, 2. *Reg.* 21. *v.* 18. Amon, *v.* 26. Ioſias, 23. *v.* 29. 30. & 35. *v.* 24. Ioiada, 2. *Paral.* 24. 16. Ozias, 26. ꝟ. 23. Ezechias, 32. 33. quidam Iſraelitæ, *Tob.* 1. 21. & 2. 3. Iſraelita iugulatus, 12. 12. Tobias ſenior, 14. 3. Raguel, ꝟ. 16. Manaſſes, *Iudic.* 8. 3. Iudith, 16. 28. Mathathias, 1. *Macchab.* 2. 70. Iudas, 9. 19. Ionathas. 13. 25. Ioannes Baptiſta, *Matth.* 14. 12. Ieſus, *Marc.* 15. 46. *Ioan.* 19. ꝟ. 38 39. 40. Ananias, *Act.* 5. 5. vxor eius, ꝟ. 9. 10. Stephanus, 8. 2. Sepultura honorifica carere, afflictio eſt, & iræ diuinæ ac vindictæ ſignum *exempla* Iezabel, 2. *Reg.* 9. 33. Iſraelitæ, *Pſalm.* 79. 3. Ioram, 2. *Paral.* 21. 9. Iudæi, *Ierem.* 8. ꝟ. 1. 2. & 14. 16. *v.* 4. 5. 6. 7. & 25. 33. Ioachim, 22. *v.* 18. 19. Sedechias, 3. 4. 5. Antiochus, 2. *Macch.* 9. 28. Prophetæ Euangelici, *Apoc.* 11. 9. Sepultorum oſſa ex ſepulchris eiici, & ad ſolem expandi iræ diuinæ aduerſus peccatores accenſæ ſignum. *Ierem.* 8. ꝟ. 1. 2.

Vide, Mors, Reſurrectio.

Sermo.

DEFINITIO ET ETYMOLOG.

SErmo, Græce λόγος, ὁ. Eſt idem quod loquela. Dicitur autem à conferendis ſimul compoſitis & contextis verbis. Hinc ſermocinor, loquor: & ſermocinatio, collocutio.

Sermo Heb. *Omer, Emer*, dictum, pronunciatum, eloquium, à verbo *Amar*, dixit, quod ſignificat actum dicendi. Cognationem habet cum *Iamar* & *Mir*, mutauit: nam dicendo mutantur literæ, ſyllabæ, verba, tempora, nomina, pro neceſſitate orationis. Hinc ἑρμῆς, ἕρμεως, Interpres, ἑρμηνεύω, interpretor, ἑρμηνεία, dictio, dictionum expoſitio. 2. *Dabar, Dibhrah*, verbum, eloquium. Sæpe pro re quæ verbis recitatur, quod Latinis eſt negotium, à verbo *Dabbar*, loquutus eſt, verbis reddidit ſententiam & voluntatem animi ſui, vertit ſermonem ad omnem tropum orationis conſuetæ. In ſumma ſignificat rem animo conceptam prolixius enarrare omni tropo & genere loquutionis, vt ab audientibus recte intelligatur, & ideo ſæpe vtendum eſt verbis & figuratis loquutionibus ad noſtram conſuetudinem accommodatis. Cognationem habet cum *Rabhadh*, ornauit, ſtrauit floſculis, ſeu tapetiis, ad decorem ſeruientibus, ſic enim ſermo noſter refertus debet eſſe figuris ad maiorem intellectum.

BIBLICI LOCI.

Sermo, aut verbum, ex Hebræorum idiotiſmo: *Primo*, pro re quauis, aut indefinita particula. Vide VERBVM. *Secundo*, pro viua voce, aut libris conſcriptis, 2. *Theſſ*. 2. 2. pro ſponſione ſeu promiſſione, *Tit*. 1. 3. κατ᾽ ἐξοχὴν pro doctrina Euangelica, *Act*. 16. 6. *Philip*. 1. 14. quæ dicitur ſermo Chriſti, *Coloſſ*. 3. 16. ſermo vitæ, *Philip*. 2. 16. ſermo veritatis, 2. *Cor*. 6. 7. ſermo iuſtitiæ, quo docetur iuſtitia: hoc eſt, Euangelium, *Heb*. 5. 13. quam ſignificationem obtinet iuſtitiæ vox, *Rom*. 1. v. 17. 18. ſermo vnus omnibus, ante extructam turrim Babel, *Gen* 11. v. 1.

Sermo pro fucata dicendi ratione, 2. *Cor*. 11. v. 6. proprietatis doctrina, *Gal*. 6. v. 6 ſermo damnandus, *Epheſ*. 4. 29. *Coloſſ*. 3. 8. ſermo laudandus, *Prouerb*. 15. v. 1. 23. & 16. 21, & 25. 5. ſermo piorum qualis, *Matth*. 5. 37. & 12. 36. *Epheſ*. 4. 29. & 5. 3. *Coloſſ*. 3. v. 8. 1. *Pet*. 3. 10. Vide PI. Sermo caro factus eſt, *Ioan*. 1. v. 14. hoc eſt, homo factus eſt, per ſynecdochen, vt *Eſa*. 45. *Ioel*. 2. v. 28. ſermo auditionis Hebræis pro ſermone auribus percepto, *Theſſ* 2. v. 13. ſermonem Dei quærere, 1. *Reg* 22. v 5. Vt in ſermone confirmet nos Deus, orat Paulus, 2. *Theſſ*. 2. v 17. ſermone Dei loquatur, qui loquitur. 1. *Pet*. 4. v. 11. ſermones Dei proiicere, 1. *Sam*. 15. v. 26.

SENTENTIAE POETICAE.

Sat. 4. Sil. 6.

Nobis verus amor, medioq; Helicone petitus
Sermo, hilaresq; ioci brumalem abſumere noctem
Suaſerunt, mollemq; oculis expellere ſomnum.

Horat, Art.

Omne tulit punctum, qui miſcuit vtile dulci.

Auſon. Eidyl. 11.

Eſt & Non cuncti monoſyllaba nota frequentant:
His demptis nihil eſt hominum quod ſermo volutet.
Omnia in his. & qui ab his ſunt, omnia ſiue negoti,
Siue oti quidquam eſt, ſeu turbæ, ſiue quietis, &c.
Qualis vita hominum, duo quam monoſyllaba verſant.

Virg 8. Æneid.

Ibat rex obſitus æuo,
Et comitem Æneam iuxta, natumq; tenebat,
Ingrediens, varioque viam ſermone leuabat.

Virg. 1. Æneid.

O Dea, ſi prima repetens ab origine pergam,
Et vacet annales noſtrorum audire laborum,
Ante diem clauſo componet Veſper Olympo.

Ouid. 15. Met.

Deſinet ante dies, & in alto Phœbus anhelos
Æquore tinget equos, quam conſequar omnia dictis,
In ſpecies translata nouas.

Plaut. capt.

Si ego item memorem, quæ me erga multa feciſti bene,
Nox diem adimat.

PHILOSOPHICA. PLACITA.

Verba inuenta ſunt, non quæ impedirent, ſed quæ indicarent voluntatem. *Cic. pro A. Cæcin.*

Interpres mentis eſt oratio, verbis diſcrepans, ſententiis congruens. 1 *de leg.*

Sermone eo debemus vti, qui notus eſt nobis. 1. *Offic.*

In primis prouideamus, ne ſermo vitium aliquod indicet ineſſe moribus: quod maxime tum ſolet euenire, cum ſtudioſe de abſentibus detrahendi cauſa, aut per ridiculum, aut ſeuere, aut maledice, contumelioſeque dicitur. 1. *Offic*

Quoties aliquid aut dicimus, aut loquimur, toties de nobis iudicatur, 1. *de Orat.*

Diligentiſſime linguam continere; mihi virtus interdum minor videtur, quam omnino non iraſci. *Cic. ad Q. Frat.*

Id ipſum dicere nunquam eſt non ineptum, niſi quum eſt neceſſarium. 1. *de Orat.*

Habent ſuum modum, quæcunq; opportuna dicuntur. 3. *de*

Tacere noli, vbi non oportet. *Pro Roſc. Comœd.*

Oratio debet eſſe ornatior ſententiis, quam verbis. *part. or.*

Non tam copia quam modus in dicendo quærendus eſt. *Pro Manil.*

Decorus eſt ſermo ſenis, quietus, & remiſſus, facitq; per ſe audientiam diſerti ſenis compta oratio & mitis. *Cato maior.*

Difficile eſt dictu, quantopere conciliat animos hominum tas, affabilitaſq; ſermonis. 2. *Offic.*

Quidam nimium dicunt, nec tamen totum. *Quint. l. 5.*

Niſi maxima rerum verſantur momenta, non debemus eſſe ſoliciti.

Verba honeſta moribus perdidimus.

Sermone hominem, vt æra tinnitu dignoſcimus. *idem lib.*

Viue moribus præteritis, & vtere verbis præſentibus.

Tanquam ſcopulum, & ſic fugias inauditum atque inſolens verbum.

Multo magis viua vox afficit.

Melius eadem pronunciat, qui peperit, *Gell. l. 1.*

Sermo ſenilis libenter audiendus.

Euitanda eſt ſermonis curioſitas. *Plat. de Republ.*

Quod bene dicitur, repetere non nocet. *idem de Regno.*

Omnis ſermo, ſi breuior fuerit, quam oporteat, obſcurum intellectum: ſi longior, difficilis erit retentio, & diſcipulo oblivionem inducit.

Sermo dicentis non interrumpendus. *Ariſt. Polit.*

Quod facere inſtitueris, nil prædicare, nam ſi facere nequiueris, rideberis.

Noli cito loqui, eſt enim inſaniæ indicium.

Dicenda ſunt, quæ vtilia futura ſunt, & dicenti & audienti.

Celeritas ſermonis non habet iuſtitiam, tardi vero ſermones multum proficiunt ad ſapientiam.

Aut ſilere oportet, aut meliora ſilentio adferre.

Sermonis vitium in lingua eſt, facti vero in animo. *Pythag.*

Hominis ſermonem Themiſtocles aulæis aſſimilabat. Quemadmodum enim ea ſi explicemus figuras oſtendunt inuectas, contrahantur eaſdem occultant: idem & orationi vſu venit. *in Themiſtocle.*

Vocis ſub tyrannide periculoſa eſt libertas. *idem in Arato.*

Quicunque potentioris impotens deſiderium aperte impugnat, illud magis adauget: at qui ſuaui ſermone applaudit, impetum animi retundit, & dum quædam pollicetur, frenat cupiditatem. *Heliod. l. 1.*

Quam rariſſime, & iucunde apud hominem loquendum vitæ poteſtatem & necis in acie linguæ portantem. *Amm. Marcell. libro* 18

Orationem quæ nobis cordi eſt, facile comprobare ſolemus. *Zonar. in Alex Comn.*

Vide hominum leuium & inconſtantium orationem ſolere inanem haberi, atque temere huc illuc errare, ſine pondere, ſine honore. Contra vero quum fidei quempiam rationem habere conſtiterit, eius orationem, ſi quid rogarit, tantum valere quam aliorum vim. Eundem ſi quendam ad officium reuocare velit, minando id facilius quam alios puniendo conſequi poſſe: promittendo plus proficere promittendo, quam alios ſtatim dando. *Xenoph. de expedit. Cyri, l. 7.*

APOPHTHEGMATA.

Solon, ſermonem operum ſimulachrum eſſe dicebat. Ea quæ in opus proruunt, prius animo concepta, verbis indicantur. *Max ſerm.* 14.

Thales dicere ſolebat, multiloquium non oſtendere hominem ſapientem. Sapiens enim non niſi quum res exigit, loquitur & paucissimis ſuum oſtendit animum. Stultus autem, etiam neceſſitate non efflagitante, loquendi finem non facit. *Eraſ. lib. 7. apoph. Laert l 1. c. 1.*

Epicurus, ſapientis ſermonem dicebat magnificentiorem eſſe grabato, panno & ſtramentis: tunc enim non tantum veri præceptorem, ſed teſtem. *Senec. epiſt* 20.

Iſocrates, Duo (inquit) tibi tempora dicendi præſcribe, in rebus indubie tibi perſpectis, vel neceſſariis verba facias, in his ſolis oratio præſtat ſilentio: in aliis vero tacendum potius quam loquendum *Stob. ſerm.* 34.

Romulus dicere ſolebat, vaſa fictilia ſono & percuſſu hominem vero ſermone explorandum eſſe. *Max. ſerm.* 15.

Cenopidas, Qualis cuiuſque eſſet natura, talem eſſe dicebat ſermonem. *Max. ſerm.* 15.

Demonax ſolitus eſt dicere, in ſpeculis vultus figuram, in colloquiis autem animi naturam & imaginem cerni poſſe. *Max. ſermone* 15.

Idem dicebat, orationem ac ſermonem hominis quaſi figuram animi formam effingere & proferre, *ibid.*

Pythag.